

Bibliothèque numérique

medic@

**Le Tellier, Simon - candidat / Ellain,
Nicolas - président. - An solus
sanguis alimentum ultimum ?**

1597.

[Paris]

Cote : ms 73 n°251



AD QVODLIBETARIAM

QVÆSTIO MEDICA

MATVTINIS EXCVTIENDA DISPVTATIONIBVS IN SCHOLIS

Medicorum die Martis 14. Ianuarij, D. Nicolao Ellain doctore Medico, moderatore.

An solus sanguis alimentum vltimum?



REPLICIS nostra substantia fluor perennis, eiusdem refarciende necessitate inuenit: spiritusosa aëre, humida potu, solida cibo, nulla tamen eadem reparatur: horum usus ad vitæ munia tuenda est necessarius: spiritus quippe totus euasceret, nisi tam cerebri & cordis inspiratione, quam omnium partium transpiratu simili substantiâ restitueretur: enimvero tanta est respirationis necessitas, ut pisces sine eâ non uiuant. Scruus barbarus respiratione sponte cohibita interit. Coralius Rufus voluntaria quatruidui à cibo potuque abstinentiâ decessit: illinc apoplexia eodem die, hinc inedia septimo lethalis.



AER inspiratione haustus primam in pulmone elaborationem famis, diligenter elaboratus in sinistram cordis sinum arripitur, & interioris spiritus sue pabulum conueniens. Potus non in pulmones per asperam arteriam affatus illapsus, sed ab ore per stomachum attractus, ut ad humidi instaurationem est necessarius, ita confert ad concoctionem, & cibi distributionem. Qui eadem atrahente facultate à ventriculo allicitur, illicque totâ suâ substantiâ mutatur, non putredine, sed coctione, veteremque naturam excuit in aliam transiens speciem. Cibus, qui experimento potius, quam ratione, constat, quò debilior est, eò verius prestat alimentum.



ALIMENTVM aliud nutriturum, aliud quasi nutriens, aliud nutrit. Remota potentia nutriunt, quæcunque nostre substantie possunt assimilari, ad quam quò propius accedunt, eò melius nutriunt: quæ ab illâ longissimè distant, alimenta non sunt, ut ueralla. Alimentum quasi nutriens est dulce, cuiusmodi sanguis, & ros per carnem dispersus generationis nostra principij finitimus. Id demum proprie nutrit, quod in nostram substantiam est commutatum.



VT coctionis, sic materia ad triplex illud alimentum idonea, tres sunt gradus: cibus ventriculo ad chylum, chylus iecori ad aquosum, sanguis ad equalium & ad omnes singulis partibus suppeditatur, qui solus calidus humidus & dulcis: ex eo copioso & laudabili materia: ex paucio & asopla: ex malo & corrupta, cui & hac succedit. Proinde natura sanguinem sibi familiarem studiosè conseruat, & in omni præparacione omnium postremum finit effluere.



VENÆ, in quibus caloris tepore sanguis non conseruatur, cum per uniuersum corpus deferunt ad omnium partium nutritionem. Neque ex solis vasorum osculis, verum etiam per quæque venarum foramina alimentum illabatur in carnem, aliâque particulas: & quæ inter Venas media interponuntur spatia, etsi ductus non habeant in se directos, alimentum tamen ex sanguine suscipiunt copiosum. Vnde fit ut ex quacunque parte punctâ sanguis effluat. Ac ventriculus sanguine nutritur, non chylo, cuius conficiendi nulla in fœtu opportunitas: in quo principium alimenti per abdomen umbilicus. Quinetiam ossa nutriuntur solo sanguine, à quo recedunt intervallo longiore.

Ergo solus sanguis alimentum vltimum.

Ponebat SIMON LE TELLIER, Meduntanus Carnutenfis. anno 1597.

DOMINI DOCTORES DISPVTATVRI.

M. Petrus Paulmier.
M. Petrus Ponson
M. Anthonius Quiquebeuf.

M. Iacobus d'Amboise Med. Reg.
M. Iacobus Cousinot.
M. Petrus Seguin Prof. Reg.

M. Michaël Marefcot. Med. Reg.
M. Ludouicus Thibaut.
M. Albertusle Febure. Med. Reg.

